



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt

urn:nbn:de:gbv:3:1-160346-p0001-5

DFG


Universitätsbibliothek

U.

PRO O E M I V M,
 Quod explicationi libri
DE LOQVACITATE
 PRÆMITTERE NOBIS VI-

SVM FVIT.

Joann Potinus f Caselius.
 JOAN. CASELNU S.



ROSTOCHII
 Typis Stephani Myliandrj.

ANNO
 M. D. XIC.
 Mense Augusto.



P R O O E M I V M,
quod explicationi libri de loquacita-
te præmittere nobis visum fuit.

Multi sunt modi à priscis sapienti-
bus inuenti ad extirpanda vicia
Esferendas virtutes: nec nulli-
us ingenij est, illos videre Es di-
scernere: sed uis recte Es ordine uti, singularis,
ni fallor, etiam prudentiae: nec minus, quam
magne artis est medici, ex bonis multiplicibusq;
medicamentis, que in promptu habeat, ea in
eiusmodi morbis, iis hominibus, e tempore ad-
hibere, ut valetudini Es saluti ægri bene consula-
tur. Velenim, ut plerasq; rationes referam,
præcipimus, vel cohortamur, vel collaudamus,
vel reprehendimus, vel obiurgamus, vel obtesta-
mur, vel exempla proponimus, vel docemus.
Nec ipsa vero docendi via uniformis est. Ali-
ter enim nos docent poëtae, Es quidem horum a-
lij aliter, quod aliud epici, aliud tragici Es comi-
ci, aliud lyrici sequuntur: quos qui non cognoscit,
ut magistros vita, ipse suam vitam, mores, a-
nimum, Es felicitatem corrumpit, cum volu-
ptate

ptate venenum imbibens, reiectis primis et sa-
lutaribus. Aliam docendi viam tenent histori-
arum scriptores: quam tamen superiori simili-
non negarim. Illi enim, quæ fieri potuerint, hi
que acciderint, nobis referunt: utriq; cum eius-
modi sapientiæ decretis, quibus & unusquilibet
ex populo & principes ciuitatis reclissime infor-
mentur. Non repudiant autem, nec reprehend-
unt utroq; illos, sed diuersum sequuntur sapi-
entes & philosophi. Aut enim uno verbo vel
paucis admodum indicant, quid factio opus sit,
ut imperatores: aut exædificant præcepta ratio-
nis, ut primi vita artifices: aut familiarius no-
biscum agunt, ut parentes de liberis adprime
solliciti. Primi generis exemplum est: nosce te-
ipsum: ne quid nimis: sponde, noxa præsto est:
quibus si libet, adde sententias, oratione etiam
ligata propositas à Solone, Theognide, aliis, qui
numeris haberi possunt, inuentione poëtae sunt
minime. Hæ sunt τὸν Κοφῶν γνῶμαι. Sapientes
enim primum dicebantur, qui postea dicti fue-
runt cultores sapientiæ. Hi tamen se paullò ali-
ter in eodem negotio gesserunt, non auctoritate
potissimum sibi agendum arbitrati. Rationibus

A 2 enim

enim inter disputandum conuincunt, que auer-
sanda, quæ expetenda sint, que fugienda, quæ
facienda, deniq; ut in possessionem virtutis ve-
niamus. Quod exemplis declarare non huius
angusti loci est: memineritis ex Aristotele, quem
nunq; fere è manibus deposuimus. Tertij gene-
ris exempla suppeditant apud Latinos Seneca,
apud Græcos Plutarchus: quo etiam referemus
Galeni aureolum libellum de moderandis affe-
ctibus: quem admodum velim teri manibus a-
dolescentum, & efficiam quoq;, ut pluribus fiat
familiarior. Ad superiora proximè accedunt, &
cum iis conueniunt Socratica Xenophontea: et si
hæc omnia ita illis affinia sunt, ut ab iis nec di-
scerni posse, nec diuelli debere videantur. Non
enim à philosopho alienum est, quod facit φιλό-
λογος, quem sapientiæ studio incumbere, nemo,
opinor, neget. Ostendunt, quos dixi, fœditatem
vniuscuiusq; vitiorum: incommoda item, quæ
ex quoq; pullulant: exempla proferunt: simili-
tudiibus negotium ante oculos collocant: deniq;
magnitudine morbi detecta, medicinam depro-
munt & monstrant, quo pacto exuas, quidquid
id est labis animi. Quod nisi saluberrimis c-
iuismo-

in similiis consiliis utamur; nec intelligemus vicia,
nec ea oderimus, nec vitabimus, nec ab iis nos
vindicabimus: nendum virtutis pulchritudinem
aspiciamus, virtutem amemus & colamus,
& vitam dignam homine degamus. Non enim
de nibil est, quod ille scripsit: virtus est vitium
fugere. Etenim virtutis est, vel certe studij
virtutis, vitium ex animo & moribus delere:
nec virtuti locus esse potest, nisi illud abolitum sit,
quantum omni eaque perpetua cura & dilige-
gentia possumus. Longum foret de singulis, vel
de pluribus dicere. Ubi iracundia habitat, nihil
moderatè gesseris: ubi libido, nihil temperan-
ter: ubi auaritia, nihil liberaliter: atque ita
de ceteris. Sed quām taetra sint illa eorumq;
similia, non quiuis perspicit, ut auersari & de-
testari toto animo non satis possumus, & in iis
profligandis vel nihil vel parum laboremus.
Quid est familiarius curiositate? Plerique gra-
uiter hoc vitio laborant: etiam in modestis &
bonis aliquid illius heret. Quisque in men-
tem suam penetret, & in actiones non alienas
animaduertat paullo accuratius. Nostra
sæpe negligimus, vel supinè gerimus: aliena

scrutamur: de alienis censuram agimus. Hoc
qui faciunt, aliis sunt ridiculi: interdum se in
discrimen → Ε magnas calamitates præcipi-
tant, quibus liceret, securis alienarum, res suas
agere, Ε extra fortunæ aleam positis, optato
otio frui. Nihil non rimatur simius, Ε imita-
tur, que à nostro genere fieri animaduertit: ideo-
que ridiculo est omnibus. Luscinia dum carnii-
ne intermissio scrutatur labores insidianium, di-
scrimen ipsa capit is adiens, capit. Sed errore
alij laburtur: alij malitia, qui se in hoc spatio sic
exercent, quasi coronam Olympicam adepturi.
Talis est ille Cleon, quem, fieri non poterat, ut
quid omnium fugeret. Inspectabat enim omnia.
Etenim crus alterum in Pylo ficebat, alterum
in concione Attica. Sic enim de eo Aristopha-
nes. Αλλ' οὐχ οἶόντε πάντα παφλαγόντες δέδει λαθεῖν.
Εφορᾶ γὰρ αὐτὸς πάντων. Ἐχει γὰρ τὸ σκέλος,
Τὸ μὲν δὲ πύλων τὸ δὲ ἐπέργον τὸ τῆς ἀπλησίας.
Quis hoc monstri non exsecretur? quis non re-
ctius iudicet, ut quisq; nostrum agat suum nego-
tium? quod qui faciat, alienum facile, Ε qui-
dem in perpetuum, relinquat. Evidem sic exi-
stimo, neminem ita parum habere, quod agat,
quin ita satis ad agendum habeat, ut vix possit
respice-

respicere, si caueat, ne impingat, si videat, tum
quid quomodo rectè gerat, tum ne quid eorum,
que facienda forent, negligat & omittat. Plu-
ribus ~~τηλεπορειας~~ attigi quòd recordor quan-
ta frequentia, alacritate & constantia anno ab-
hinc me de ea disputationem Plutarchi expli-
cantem audiretis: quæ res & diligentiam me-
am acuit, & curam interpretandi alios eiusdem
sapientissimi scriptoris libros excitauit. Quin
hanc ita multò post cū domesticis legi, quæ iden-
de loquacitate scripsit. Nec potui facere, quin
eadem, ut primum vacaret, publicè quoq; tra-
derem. Sic enim mihi persuadebam, quos prio-
ris diligentia non pæniteret; (non pænitet autem
profecto eos, qui ab eo tempore sua studiosius, a-
liena minime, curauerint) ultro properaturos
ad hæc præcepta sapientiae, quibus ostenditur lo-
quendi & tacendi locus & modus. Hoc etiam
mirificè cum altero nostro instituto conuenit, cum
nobili videlicet disciplina artis dicendi: inò nihil
magis aduersatur eloquentia, quam linguae vo-
lubilitas, nulla idonea subiecta sententia. Hoc
ita esse & Isocrates innuit. Huic enim cum
quidam satis garrulus operam se daturum pro-
fitere-

fiteretur: geminam, inquit, mihi mercedem sol-
ues: hanc, ut te garrire dedoceam: alteram, ut te doceam loqui. Cum autem hoc sit diffici-
le, illud nihilo arbitrabatur facilius. Ut ve-
ro multi hodie sibi diserti videntur in sermoni-
bus, in foro, in concione, in libris! qui ubi se-
mel loqui cæperint, exitum orationis inuenire
nesciunt. Hi ut sibi, ut vulgo placeant, mo-
lesti certè sunt. Et ridiculi eruditis. Et intelli-
gentibus. Vos vero, adolescentes, discite ut-
ramque artem in tempore Et hanc tacendi,
Et illam dicendi, ut ne garrisatis intempestiuè
ullo loco, nec obmutescatis, ubi dicendi lo-
cus sit. Non parum in vita cultu Et in
studio loquendi profecerit, qui à di-
serto rectè discernat loquacem,
Et ipse garrire nesciat.

VI. Id. Sextilis.



EDUCATION

OFFICE OF THE STATE

OF EDUCATION

EDUCATIONAL

AB: 153 147

86.

e

UDK

Farbkarte #13

B.I.G.

Centimetres

Inches



55.

PRO O E M I V M,
Quod explicationi libri
DE LOQVACITATE

PRÆMITTERE NOBIS VI-

SVM FVIT.

Joann. Sotinus f. Caselius.
JOAN. CASELVI S.



ROSTOCHII
Typis Stephani Myliandrj.

ANNO
M. D. XIC.
Mense Augusto.

56